



~~L. h. 257~~

63

Schreibübung.

Jerarius, Tob

3 Armi. (5 partes)

in 1 vol.





SCHULNBURGIS

hoc est *LL 257*

GENEROSÆ,  
ANTIQUÆ, ET NOBILISSIMÆ SCHULNBURGORUM PROSAPIÆ EX ANTI-  
quis vestigijs, monumentis, diplomatum archi-  
vis ipsis, quantum quidem haberi potuerunt,  
imò ex viventium ore, &  
sermone

DEDUCTIO

Operâ

TOBIÆ JERASII Crofnâ-Sile-  
sij Pastoris Bezendorffiani-Schulnbur-  
gorum, P. L. Cæs.

Syr: 44. v. l.

*Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam  
gloriam fecit Dominus magnificentia sua à seculo.*



MAGDEBURGI,

TYPIS ANDREÆ BEZELII.

Anno nobis CVM DeVS. (= 1611)

*1  
100  
5  
1000  
500  
5  
1611*

*Ad Reverendum & Clarissimum Virum,*

DN. TOBIAM JERASIAM,  
SUAM SCHULNBURGIDA  
PUBLICANTEM.



Tgenus & Virtus, & fortis dex-  
tra tot annis

Claruit HEROUM, quos SCHU-  
LEBURGA dedit;

Ut decus illorum, quod Marte, quod ar-  
te paratum,

Ambierit latè Solis utrunq; latus.

Defuerāt tantum, qui priscis eruta fastis

Digererent uno facta notata libro.

Tu, pie JERASI, nitido rē Carmine signas,

Stēmata disponens ordine quodq; suo.

Macte tuo studio! scriptoris fama vigebit,

Dum SCHULEBURGORUM nobile no-  
men erit.

*VALENTINUS CREMCOVIUS Gymnasij Magdeb. Poëta.*

Illustri natalium splendore,  
Virtutum multijugarum nitore,  
Litterarum infimul accedente decore,

REVERENDIS, MA-  
GNIFICIS, STRENUIS, NO-  
BILISSIMISQUE OMNIBUS ET  
SINGULIS SCHULNBURGICA PRO-  
sapia prognatis, Dn. Patronis medullitùs  
honorandis

*in debita observantia*  
*Symbolum*

D. D. D.

AUTOR

SCHULNBURGIS IPSA LOQUITUR



*Ater ego vestris succedo sedibus Hospes,  
Sed tenui, pro more case, velamine cincta.  
Exiles propter vestes, tenuemq, Poesin,  
Me, quod sic appareo, non concedite sperni.  
,, Non in veste sita est virtus, aut gloria; quamvis  
,, Digna forent virtus, & gloria vestimentis.*

Herr Werner Ritter Stamherr der jetzlebenden von der Schulenburg / umbs Jahr Christi / 1214.

			George	Magnus Comptor zu Wil- denbruch		Busso	J. U. D. Günther
			Herr Bernt Herr- Meister	H. Bernt Ritter			Albrecht de r weisse Haupt man der al- ten Marck
				Busso	Herr- man		Antonius Canonicus zu Halber- stadt
	Werner	H. Werner Ritter		Werner		H. Fritz Ritter Haupt- mä der al- ten Marck	Fritz
			Sigfrid	H. Levin Dom- Probst zu Ma- gdeburg			Caspar
		H. Levin Herr Meister		Heinrich Haupt man zu Salz- wedel.			
						H. Bus- so Rit- ter	H. Henning Canont- cus zu Magdeburg
	Hans	H. Frank Herrmeister				H. Fritz Com- ptor zu Wer- ben	H. Albrecht Canoni- cus zu Halberstadt
		H. Bernt Ritter					Busso der lange George Gebhard
	Bern- hard	Hans	H. Dit- rich / Bi- schoff zu Branden- burg	Herr Bernt Ritter	H. Fritz	Bernt vide li- teram A	Fritz Comptor zu Werben
		Henrich Stähor- des weis- sen / oder Alten theils	Henning Bernt Kel- ner zu Halberstadt	Hans	Hein- rich		Ludolph Canonicus zu Halberstadt
			Henrich Hauptman der Al- ten Marck			Mat- thias	Busso Matthias
							Bernt Hans George
		Ditrich Stäherr des Jun- gen oder Schwar- ze theils	Werner Hauptmann der Alte Marck	Heinrich Hauptman der Alton Marck			Besiehe den Buchstaben B.
			H. Henrich Ritter	Henrich der Jünger Gumprecht.			





H. Christoff

Bischoff zu

Razoburg

und Probst

zu Distorf

Albrecht

Fritz Braun-

schw. Abt.

George

Hauptman zu Warpe

Fritz

Wedige

Caspar

Busso

Jochim

Busso

Hans

Christof

Caspar

George

Fritz

Günter

Hans

Christof

Anto-

nius

H. Jacob Ritter.

Franz.

Philipp.

Matthias.

Christoff

Gottfried

Hans

Josua

Ernst

H. Alexander Ritter

Moritz

Daniel

Und einer todt zur Welt geboren

Christoff

Henrich

Fritz

Burchard

Albrecht

George

Ahas

Albrecht Jochim

Fritz

George

Levin

Wedige Wigand

Fritz

Jochim Werner.

Busso

George

Hans

Busso

Christof

George

Fritz

Günter

Hans

Christof

Anto-

nius

H. Jacob Ritter.

Franz.

Philipp.

Matthias.

Christoff

Gottfried

Hans

Josua

Ernst

H. Alexander Ritter

Moritz

Daniel

Und einer todt zur Welt geboren

Werner

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius

Antonius


Antonius

Antonius

Antonius


Antonius

Antonius



Hans	Werner der gro- ße oder lange	Ditrich	H. Werner Probst zu Distorf	Ditrich	Levin	Al- brecht
			Eunrad			
H. Bern- Ritter	George	George	George	Albrecht Hauptman der Alte Marck	Lippold	Al- brecht
			Wolfgang			
Werner	George	Hasso	Christian der grosse oder lange	George	Werner	Al- brecht
			Sig- frid			
B Hen- rich Haupt man d Alten Marck	Werner	Hen- rich	Werner Bern	Levin	Levin	Wer- ner Achatz Levin
			H. Dit- rich J. u. D.			
H. Werner Ritter Hauptman der Alte Marck	Werner	Ditrich	Sege- band	Levin Haupt- man der Alte Marck	Hans Busso	Wern- er
			Bernt Haupt- man der Alte Marck			
Werner	Werner	Stad- halter zur Zel- la	H. Fritz Comptor zu Wildenbruch	Bernt	Levin Werner	Wern- er
			H. Michel Comptor zu Supplinburg			
Werner Oberhoff- meister d Chur Brandē burg Stad- halter in Pom- mern	Werner	Hans	Henrich	Werner	Christof Hans Henrich	Wern- er
			Jochim			
Werner	Werner	Jacob	Werner	Werner	Christof Hans Henrich	Wern- er
			Richard			
Werner	Werner	Jacob	Jacob	Werner	Christof Hans Henrich	Wern- er
			George			





# SCHULNBURGIDOS

## LIBER PRIMUS.



*RM A virosq; cano, meritos insigni  
bus ausis*

*Schulenburgiadas, quos alite carmi-  
ne claris*

*Imponant astris, præclara ob facta  
Camæne.*

*Quos voluit Deus insignes, & videre charos,  
Auricomus seu quæ Phœbus contingit Eoos,  
Seu Thetis occiduos terrarum circumit orbes.  
Unde sibi caperet res privata & publica fructus,  
Et fas & pietas starent per regna, per urbes.*

*Mome quid hic frontē caperas? quid livide scalpīs  
Rhinoceros nasum? quid dentes stringis acutos?  
Esto DEUS mihi testis adhæc, & conscia vos ô  
Pectora, quàm vellem nasuti scommata secli,  
Et sugillantùm Criticen fugisse procacem:  
At vix effugiam; nec sic absistere fas est:*

*Omnis in ornandis labor, & stat cura patronis.  
Namq; scrobe ingrata nos fas sepelire merentes,  
Præclaros virtute viros & mergere in umbris.*

*Musa mihi memora, luci & monimenta repone,  
Quanam gentis honos se prima ab origine fundat?*

*Quod*

Quod gens? unde domo? quæ tantos jactet Alumnos  
Telluris regio, meritisq; ad sidera ponat?

Res magni est oneris, quæ majus robur, & annos,  
Artesq; ingeniumq; & rerum posceret usum:  
Desuetus labor est, hæretq; in pariete plectrum:  
Rumpuntq; officij comissa negocia curas,  
Atq; suas faciunt: paulum laxare quietem  
Interdum datur, & spaciando resumere vires.

Nec sum magnus Atlas, neq; Davus, & Oedipus; in te  
Spiritus ætheria qui scandis sede vocatus,  
Confido, qui vis meritos ad sidera ferre,  
Et celebrare viros, aliisq; ita subdere calcar,  
Ut decus ostensum certent acquirere, mandas.

Quam tua se longos clementia didit in annos  
Alme Pater! quando è squallore, & sordibus atris  
Asseris, & luci per secula multa, Nepotum  
Conservas memor, in vitæ munimina nostræ,  
Et studijs æquor pandis, dum Præsul Averni,  
Prædator Stygius, crudelis more Leonis,  
Fertur in arma furens, ut tellus cæde madescat,  
Ut præcisa vomant tepidos capita alta cruores,  
Turbeturq; bonum, fundo vertatur & imo,  
Assiduò nunc huc gressus, nunc dirigit illuc,  
Nunc torva ostentans; nunc lumina blanda dolosè.

O varias inter clades, & mille pericla  
Cara Deo gens immersabilis usq; fuisti

Schulnburgis, servata pios clementer ad usus!  
 In te consumsit Styx vim calig, salig,  
 Mille sub adversis te palmam sensit, in ipsum  
 Pondus surgentem, & crescentem cede, Bipenni  
 Sicut opes percussa salix, & robora ducit.

Novit enim servare suos DEUS, abdere tutos

Sub clypeo, quando vis ingruit hostica, novit.

Sic munimen erat Davidi obducta latenti

Pro Saule in fovea, quam fecit aranea, tela.

Omnia, si Christus vires suffecerit ausis,

Hunc statuam in Solē, ut manifesto lumine cernas,

Nec certè cecores nostras impete ferri,

Nec fatisq, Deum fixum, causisq, secundis;

Sed prudente satis disponere singula lance.

Ut nisi concedat, nullus de vertice crinis

Defluat incautis, nec passer decidat ullus.

Qui Schulnburgiadum verò incunabula prima

Ex me quaesierit; scriptis me hausisse vetustis

Autographis, quantum potuerunt luce potiri,

Noverit, & quantum vestigia pressa notarunt,

Plurima communi famā, praeunte celebri

SCHULENBURGI ADE QUODAM, me cuius arasse

Ingenuè fateor vitulā. Neq, censeo turpe,

Hac in parte viris magnis Recloribus uti.

Lucem malo sequi, si accenderit alter; in umbris

Quàm furvis herere, alios & fallere gressu.

Astu.

Tharg. in Psal. 57. v. 3. re-  
 ferente D. Cornel. Becc.  
 in perioche Ps. 57. germ.

*A studio pietatis habet gens incluta nomen,  
 Quod, sanam Christi famam sparsura per orbem,  
 Fundavitq; Scholas, fecundavitq; virili,  
 Conspicuo & multis studio. Nam semina cæli  
 Prima Scholæ, & plantas Paradisi dantq; foventq;  
 Donec, ubi tollant animos, & robora sumant,  
 Transferri possint aliò, & prodesse colonis.  
 Et quod ab arte Scholæ clarent, & Martis ab arce  
 Schulenburgiada, nec humi sua gaudia querant,  
 Ut soliti in fimo scarabei vivere vitam.  
 Communitor famæ rumore, nec abs re:  
 Nam cui munificæ non est laus cognita gentis,  
 Qua se commendat toti clarissima terre?  
 Quid non Cœnobijs impendit ritè struendis  
 Servandisq; olim? Stipendia larga loquuntur,  
 Et gratis hodie verbis ad sidera tollunt,  
 Præstantes vel adhuc Musis superare columnas  
 Sub mundi senio. DEUS ò superesse benignè  
 Hæc diu faxis, rebus relevamen in arctis,  
 Sancta Sionei surgat structura sub auras  
 Collis, & unanimi florescant fœdere Musæ,  
 Quæ viles animæ seculo præsentè putantur!  
 Ne pubes, evicta fame, deponat honesta  
 Hæc studia, atq; operam tandem det rebus iniquis,  
 Spe questus ducta, & quadam dulcedine honorum.  
 Et quo non claret studio stirps nobilis? artes,*

Etymologia Schulenburgorum.

1. A studio & cura Ecclesiarum & Scholas fovendi.

2. A studijs seu literis, & belli peritia simul.

(A)  
 Inter alios excellunt Jo-  
 ach: Johan. Georg Seni-  
 or Halberst. Christoph.  
 p. m. filius. Levinus, Joh.  
 Joach. Frider. V Veneri  
 p. m. filij. Leopoldus &  
 Theodor9 Alberti p. m.  
 filij: Matthias & Hen-  
 ning. Danielis p. m. filij:  
 Levin9 Bernardi p. m.  
 filij, omnes Schulnbur-  
 gica profapia oriundi.

3. à prudenti cunctatio-  
 ne. Sculen enim lingua  
 Saxonica significat cun-  
 ctari hinterm Berge ha-  
 ten.

Ingenium, linguas, dextrive volumina juris,  
 Sacri apices verbi, quos controversia jactat,  
 Consilia, Oeconomias res, historiaq; politas  
 Poscis? Habes, Lector, penè ad miracula doctè  
 Singula. Vis Mortem? certè experieris in armis  
 Haud segnem: multos quinimò insignibus ausis  
 Astra super notos Heroas ab alite fama,  
 Ut dubitè, Martè potiusne sequantur an artes? (A)  
 Sic sua certatim posuere huc singula Divi:  
 Ut quondam Delphis, Ephesiq; ingentia propter  
 Munera, credebant omnes concurrere mundi  
 Thesauros. Et quò non mens generosa penitret?  
 In se quos ausit non derivare labores  
 Laudis amore, & perfectæ sapientiæ amore?  
 SCHULNBURGI fuerint fortassis, & inde vocandi,  
 (Saxonice si fortè velis vestigia vocis.  
 At largire tui Musæ gens Nobilis usum,  
 Nominis hunc) prudens quod longo gaudeat usu:  
 Nec sit consilij præceptis, factisq; sed ad rem,  
 Fortè eventuram tendat cunctando. Quod in te  
 MAGNEFABI quondam laudavit patria, testans  
 Te benè cunctando, deluso turpiter Hoste,  
 Restituisse sibi lapsas in pristina vires,  
 Quando pigrū, timidum, patriæ infidumq; putabat,  
 Officioq; Ducis jam dejecisse parabat.  
 Nil ubi te fannæ, nil probra, gravesq; querelæ

Commo-



Commovère, tibi donec prudentia tempus,  
 Monstravitq; modum delere viriliter Hostes.  
 Quem sine iudicio, dolor, aut vis urfit in hoste,  
 Magnas sæpè fuit clades, & vulnera passus.  
 Pergama capturus non hinc sibi robur Atrides;  
 Sed bis quinq; dari sapientes Nestoras optat.  
 Schulnburgi certè prudentum nomine clarent,  
 Principibusq; viris acceptos cernimus esse  
 Consilijs, factisq; toga, & poscentibus armis.  
 Quæ libris post hunc alijs memoranda relinquo,  
 Res ubi Schulnburgas propiore in visero gressu.  
 Majus opus moveo; post nomen, gentis origo  
 Indaganda datur, tot circumfusa tenebris,  
 Quot vix cimberia vitam sub nocte trabentes  
 Non quod non factis inclaruit illa; sed heu quod  
 Sub radibus vixit, caruit quod vatibus aptis:  
 Multaq; bellorum sumserè incendia: multa  
 Occuluit caries, hominumq; incuria trivit.  
 Unde & gens, & facta simul commersa tenebris,  
 Quanquam aliàs clarissima, nrs fugere nepotes,  
 Ad pauca, ad quedam vestigia, qualia noctu  
 Forte per obductas dat eunti cynthia nubes.  
 Ergo quiescendum est quali vel cunq;, probatæ  
 Si desunt, veri speciem ratione gerente.  
 Quin sic aggredior, luci & monimenta reponam,  
 Afferam & à carie lacera signata papyro.

Origo Schulnburgorum  
 antiquissima, quantum  
 ex quibusdam vestigijs  
 liquet.



(a)  
Vide Steph. Fortaeul. de  
de moribus Gall. Phil.  
Mel. Chron. lib. 4. Ba-  
fil. Fabr. Diction. sub Se-  
non. ex Cornel. Tacit. l.  
2. & lib. de Germ. Alc-  
ham. annot. in eund.  
Spangenberg. Chron.

(b)  
Vetusta Senonum infi-  
gnia Schulnburgis ho-  
die sunt affinia. Vide d.  
l. Spangenberg.

Digressio in veterum Se-  
nonum laudes. Vide d. l.  
Steph. Forcatul. & alios  
supra citatos. Angel.  
March. Annal. lib. 1. p. 4.  
Phil. Mel. Chron. lib. 4.  
p. 403. in fol. Germ.

Angel. d. l. p. 2. Gorop.  
oper histor.

*Firmius atq; teram veterum vestigia pressa.*

(a) *Semnonas agnoscit gens Schulenburgica stirpē,  
Sueviaci florem populi, Brennumq; tribulem,  
Et cum Zanensi contingere stemmate stemma  
Gaudet idem (sicut vult Spangenbergius autor.)*

(b) *Gryphinus certè triplex multum arguit illud  
In Schulnburgiacis clypeis, qui purpurat, Unguis  
In niveo pictus campo: quæ insignia quondam  
Gesserunt Senones, doctorum ut scripta loquuntur.  
Quæ certè haud obscura notant vestigia, quænam  
Sint hujus stirpis primordia. Namq; putabis  
Agnatas multum esse tribus, & stemmata, si qua  
Illis esse eadem clypeorum insignia cernes.*

*Quæ verò Senonum laus, atq; potentia belli  
Claruerit, non me puto vate, vel indice primo  
Esse opus: Ætheriis tam dudum innotuit oris.  
Ut Martis credas pullos, natosq; fuisse  
Bellonâ, tantos duxerunt sæpe triumphos,  
Cunctaq; terribiles prostrata, & victa dederunt.*

*BRENNE ò Semnonide (celebri qui nomine signas  
Urbem, Marchiadum stirpem, regionis & arva  
Subiectæ vicinæ) tulit te ad sidera fama  
In tantum, sine laude tuum dimittere nomen,  
Resq; tuas gestas, & fortia facta silere  
Ut nequeant hostes, quæ perfectissima laus est  
Herculeos olim quidam scripsere labores,  
Atq; ausus cœli duxerunt sidera propter.*

At

At famamq, fidemq, supra: Vestigia nulla  
 Vidimus. Et quid homo tantos tolerare labores  
 Ausit, subsidio rectæ rationis & artis?  
 Ausit eos solus, qui toto Numine supra est,  
 Et jus in celos, & Avernum possidet unus,  
 Imò omnes in se numeros habet unus. Homulle  
 Desine curarum, non hæc imitabere facta.  
 Laudem Jhova suam nulli dabit. Ergo repelle,  
 Vana superstitio est quæ commenta Ethnica, facta  
 Nostra indigna fide, qui Christi nomine gaudes;  
 Talia non Senonum, non Brenni facta putabis;  
 Sed quorū restant vestigia, rudera restant, (pborū.  
 Quorum & scripta fidem meminere, probantq, So-  
 Quod Natale solum tenuerunt Semnonos olim,  
 Marchida, quæ nobis quoq, Patria contigit, illud  
 Multa relicta docent vestigia. Nota SEHUSA (a)  
 Urbs est confinis (Senonum quasi dixeris illam  
 Forte domum) (b) Nota est urbs Brenni nomine  
 Autoris, Matrix ditionis totius, carce, (gaudens  
 Brenni clara olim, quæ nunc sacra obtinet ades. (c)  
 Hinc subjecta trahit nomen vicinia tota, (Brenni  
 Et stirps Marchiadum, quanquam non sanguine  
 Descendit, (variavit enim stirps sæpius illa (d)  
 Hujus quamprimùm ditionis fasce potita est,  
 Augustis Brenni titulis est usa, priores  
 Vix demum post longa trabens, dedit intervalla.

Ast

Patria veterū Senonum  
 fuit vetus Marchia no-  
 stra.

(a)

Sehusa in Palæo Marchi-  
 de condita ante natum  
 Christum 400. à C. M.  
 3571. Angel. p. 3.

(b)

Brenniburga vetus con-  
 dita ante natum Chri-  
 stum 416. Angel. p. 2. li. 1.

(c)

Arx Brenni sita fuit, ubi  
 nunc templum Episco-  
 pale, quod adhuc voca-  
 tur die Burg. Alij sedem  
 ponunt Agendicum sive  
 Afen ad Albim. Melant.  
 lib. 4. Chron. p. 456. An-  
 gel. d. 1. p. 2.

(d)

Cranz. lib. 8. VVandal.  
 pag. 180. in lat. fol.

Eruptiones & peregrinationes Senonum.

*Ast amor aspiduus belli, generosq; virtus  
Haud tulit angusto patriæ se limite claudi.  
Hinc Brenno multi, natali sede profusi,  
Auspice, conati magnis clarescere factis,  
Proferre armorum vires concordibus ausis.  
Sicut ubi vires Ignis nanciscitur, altè  
Evolat, ignavis nec amat considerare prunis.  
Hinc Gallos, Italos, Danaosq; immanibus ausis  
Sæpius emensi sunt agros, obvia castra  
Oppositis pilis valida opprætere virum vi.  
Quin urbem, quæ se cælis equare putabat,  
Instar montis in immota quòd rupe locata,  
Vidère insolitum trepidantem, & viribus egram.  
Ut certè suprema dies tunc illa fuisset,  
Hausissent ignes crudeli funere Romam,  
Si modò Fata darent. In sola rupe salutis  
Hærebat spes una, sono servata strepentis  
Anseris, ascendens qui noctu prodidit agmen.  
Vos (e) LIVI & (f) POLYBI, quorum perspecta  
fides est,  
Vos juxtaq; alij (g) sic consignata dedistis.  
Unde etiam (scribunt Hostes) oriensq; cadensq;  
Phæbus, & igniferi metuerunt Semnonas axes.  
Quin illos largo sudarunt munere Reges  
In partes traxisse suas, felicia palme  
Signarati. Quin gens alibi vestigia post se,*

(e) Lib. 5. dec. 1. (f) lib. 1. c. 2.

(g) Angel. annal. March. an. 387. ante nat. Christum 16. Julij. Phil. Mel. Chro. 1. 3. Basil. Fabr. sub Brenno. Agell. vocal. bellum Senonicum.

Et

*Et structas urbes signatas nomine liquit.  
Quod Senæ in Gallis, & Thuscis condita monstrant  
Oppida agris, quæ se Senonum jactare Colonos  
Non dubitant. (h) Quorum quod Thuscis visitur  
arvis,*

*Pulchras ob Veneres laudatur, candidæ Jole  
Certantes, ob corda virum dilecta Camenis,  
Externos & quod solido veneretur amore.  
Urbs ostendit idem Senogallia nota superstes,  
Quam Dux Umber habet (i) Plures fortasse super-  
sunt,*

*Quarum non meminit regionum ignara Camena,  
Urbes structæ alibi. Semper monimenta vi-  
dentur*

*Magnanimùm Heroû, factorumq; obvia nobis.  
Si modò quis rectè vult mentè advertere rebus,  
Nec tantum mutare situm, peregrinus ut anser.*

*Qualis ubi pluviis resolutis nubibus imber  
Siccis transit agros, magno rapidi impete venti,  
Latè cuncta madent, & liquitur agmen aquarum,  
Quod licet in bibulis tandem vanescat arenis  
Parte sui majore; manent tamen undiq; signa,  
Collectæq; scrobes, & arena volubilis undæ.*

*Ast ut perpetuum nihil, ut sors sorte fugatur,  
Perq; gradus quosdam miscentur tristia letis  
( Excepto Domino, qui supra dissitus omnes,*

(h)  
Georg. Fabr. in itinere  
Patavino. Neandr. in lib.  
de Part. Orb. terr. sub  
Italia.

(i)  
Phil. Mel. addit Medio-  
lanum, Veronam, Tri-  
dentum, Bergomum,  
Vincentiam, li. 4. Chro.

,,

,,

,,

,,

,,

Sors adversa Senonum  
ex Cranz. Angel. annal.  
March. lib. 1. p. 12. Phil.  
Chron. l. 4.

*Fixa sede manet, fatiq; immunis (S ævi) :*  
*Sic neq; perpetuò Senonum res flore manere*  
*Concessum. Qualis Juvenis, firmissimus annis,*  
*Robur habens senijq; vices, S temporis agras*  
*Ducit pro nihilo, nunquam splendore movendum,*  
*Se roburq; putans; tristis cum sarcina verò*  
*Tergo incumbit, S exhaurit siccissima vires,*  
*Multa quidem tentat, sed retrò cedit humi pes.*  
 )) *Discite rectè homines concessæ floribus uti*  
 )) *Fortunæ! Virtea est fortuna, rotundaq; motu.*  
 )) *Nemo gerat cristas: perit omnis Gratia puncto,*  
 )) *Quamvis immotâ fuerit quasi caute locata*  
*Fusus hæc volui Senonum de gente profari,*  
*Cujus apex tunc Schulnburgi, proceresq; fuerunt,*  
*Ut fors constaret rerum variabilis omnium,*  
*Et nemo sortis videnti fideret ori.*

Translatio sedis Seno-  
 num, & Schulnburgorū  
 in Sicambriam sive  
 Geldriam.

(a)  
 Et circa Treverim ad-  
 huc habitant Schuln-  
 burgi teste Intimatione  
 Peuceri sub nomine Bo-  
 huslai Joach. Baronis à  
 Lobcovicz, & Hassen-  
 stein, Domini in Litzs-  
 kovv, Rectoris Academ.  
 VViteb. Anno 1569. 8.  
 Augusti. Super funere  
 Matthiæ à Schulenburg.  
 Joach. Filij.

*Sic bellis tandem consumti, S viribus agri*  
*Excussi fato possessa sede Coloni*  
*Schulnburgi, Senonum magna cum parte suorum,*  
*Natali cessere solo, sceptroq; Sicambriq;*  
*Immisti sedere diu (nunc Geldria dictus*  
*Ille locus. Sedis vestigia condita monstrat*  
*Arx quædam, quæ Schulnburgis jam nomine gau-*  
*det) (a)*  
*Inter ubi proceres'censi, magnosq; Dynastas,*  
*Et titulis nituere suis, S fortibus ausis.*

Falso

*Falsò hinc (b) Peucerus Francorū sanguine cretos  
Censet Schulnburgos. Qualis qui crederet olim,  
Deucalioneis homines exurgere saxis.*

(b)  
d. l. intimat.

*At quanquam sceptris exuti, & robore fracti  
Nonnihil haeserunt, alia in regione, tenebris  
Schulnburgi; mansit tamen illis vivida virtus,  
Virtus nempe sui quacunq; simillima sorte  
Atq; odijs certans. Qualis Sol obvius atris  
Ire solet nebulis, donec se fortior effert  
Sublimem radijs, & humi sua lumina spargit.  
Qualis item è denso se fumo flamma laborat  
Efferre, & lucem furvis differre tenebris,  
Impatiens crepitat, striditq; viriliter intus,  
Donec sumto animo letissima prodit in auras,  
Atq; sui optatos communicat omnibus usus:*

”  
”

*Sic Schulnburga etiam virtus animosa gerundis  
Adnixa est rebus, factisq; emergere multum,  
Contendit quondam celebri sub gente Sicambrum.  
T R E V E R I S aërias quod turres Marte Sicambri  
Expugnaverunt, socia Schulnburgide factum,  
Virtute est, (c) quod sunt Romani fortiter acti,  
Lucius & cæsus, socia Schulnburgide factum,  
Virtute est: Virtute etiam Schulnburgide magnū  
Capit Francorum regnum primordia, vires,  
Finesq; imperij latè distendere cepit.  
At fortuna decus Ducibus, nomenq; reliquit,*

(c)  
Peueer. d. l. Honorio im-  
perante accersita contra  
Lucium Præsidentem Ro-  
manum, qui viri nobilis  
Uxorem in Urbe Trevi-  
rorum per vim stupra-  
rat, felicissimis armis  
non longo tempore Gal-  
liam omnem Romanis  
ereptā, ad eum modum  
edomuit, ac subegit, ut  
regnum in ea condide-  
rit, quod omnium in or-  
be Christiano fuit flo-  
rentiss. & opulentiss. &c.  
Item. Vitus Smäler. in  
funere Rich. à Schul.  
Et Peccent. in Chron.  
Mifn.

*Vera virtuti parvissima nomina, magno  
 Nomine pressa Ducum! sic robore fractus equino  
 Cedit ager robur manibus, laudemq; coloni.  
 Sanguine quam Miles peperit, fortiq; labore,  
 Induperatoris victoria vergit honori,  
 Qui saepe in bello laxis agit ocia membris,  
 Aut post principia stans arma minacia spectat:  
 Sic quoq; Schulnburga multum virtute peractum,  
 Quod cessit solis in laudem & facta Sicambri.  
 Ut tamen & quaedam est minimis scintilla favillis,  
 Aut ubi se caelis effert Orionis astrum,  
 Juxta etiam surgunt minime cum corpore stelle,  
 E quibus est illud conflatum Nobile sidus:  
 Sic etiam virtus semper generosa micabat  
 Luce sua Schulnburgi adum cum gente Sicambra,  
 Magna putabatur cujus jam portio mista.*

Reductio Schulnburgorum in antiquam sedem per Carolum Magnum, anno Christi 771. Enzel. Angel. Peuc. in diet. intimat. ita: Inde translata gens est in has vicinas regiones ab Alberto Urso March. Brandeb. ex vetutis. stirpe Comitum Afcaniae, &c. Item Vit. Smaler. d. l. Peccenst. d. l.

*At Deus in vite qui partibus exprimit equum  
 Omnibus, ad lenes animos conversus ab ira,  
 Exposuit tandem certi manifesta favoris  
 Indicia, & veteri Schulnburgos sede potiri,  
 Pulsis Saxonibus, fecit, dedit usq; morari,  
 Affecitq; bonis, ad semina sera, Nepotes.  
 Larga opis, inq; fide stans hos tua dextera servet,  
 Alme DEUS, tendatq; dies, tendatq; Nepotes,  
 Optato & regat eventum! quò mollior aura  
 Hospitij pergat verbum, Musasq; fovere,*

*Amplius*



Amplius ut possint verbig, Scholag, Coloni  
 Pacatam vitam trahere, atq, in luce morari,  
 Hos homines inter, qui vasto corde movent se,  
 Et viles animas infra se ponere gaudent.


CAROLE ab antiquis Francorum Regibus orte,  
 Cui DEUS Ansonij tribuit fastigia sceptri:  
 Carole, quem gestares MAGNI nomen habere  
 Fecerunt; Validis tu duros exuis armis  
 Saxonas, injustè & possessis hactenus arces  
 Sedibus ad patrios fines: verisq, Colonos  
 Adres detractas, & pristina rura reducis.  
 Non verò casu; sed disponente Supremo,  
 Qui justus, qui cuiq, suum jus asserit aequè,  
 Si modò quis rectè, fisis virtute virili  
 Rem gerat, atq, animo tempus patiente moretur.

Hic (ut Planta ferax, riguis contermina ripis,  
 Colligit in florem sese, multoq, nepotum,  
 Termite, Phæbeo diffunditur usa calore:)  
 Gens Schulnburga opibus crevit, crevitq, feraci  
 Germine, vicinis ut se diffuderit arvis,  
 Usa favore DEI, clementibus usa Dynastis.  
 Quorum corda DEUS, ceu fontem, inflectere novit,  
 Ut quoscung, velit, non tarda sequantur in usus.  
 Hinc non sola sinu comprehendit patria Marchis  
 Schulnburgos hodie, verum quoq, cetera regna.  
 Ut, nisi quæ gentis fuerint primordia vera,

Constaret, meritò dubitares, anne paterna  
 Marchis rura forent, an cætera stemmatis arva.  
 Intantum verò cœpit succrescere fama,  
 Et generis splendore, & aromate laudis ubiq,  
 Ut non majorum genus affirmare puderet,  
 Et cum laude sua, Schulnburgo sanguine cretum  
 Magnatum multos, quorum non ultima laus est.  
 Ostia claude liber; tibi jusso munere functo  
 Pro modulo ingenij, gressus feret obvius alter  
 Fortè liber, mandata obiturus munia partis,  
 Qui succrescentis porrò dabit augmina stirpis.



SCHULN-



SCHULNBURGIDOS  
LIBER SECUNDUS.



*Irtutis mihi, SCHULNBURGI, præ-  
conia vestra  
Tentanti, & primo laxanti carbasa  
vento,  
Tempestate polus blandiri est visus  
amica,*

*Atq; alacrem fecit tanto me credere ponto:  
Nunc ubi me video medijs insistere solum,  
Fluctibus, & longè deductus, nave soluta,  
Prospicio fremitus Undarum, & prælia, multum  
Terreor: Exiles suspendere coepta Camæna,  
Et revocare gradum suadent, & tendere palmas.  
Rursus at insignis virtutum gloria, vestri  
Humaniq; animant vultus, mentemq; labantem  
Impellunt, cogitq; pudor persolvere votum.  
Pergame equidem, navemq; extrema per omnia du-  
cam;*

*At non remigio, vel nostra viribus aura:  
Tu DEUS ô concede animum, concede benignum,  
Navis iter, veniamq; audacibus annue coeptis,*

*Remigioq;*

Remigioq; tuæ pergam tutissimus auræ.  
Instrumenta tuæ laudis, tua munera gratus  
Ore vobis memori. Tibi cedit gloria facti,  
Quod benè res gestæ: quod adhuc servatur in usus  
Stirps Schulnburga pios: quod conserit artibus  
EVUM.

Tu fer præsidium, Et fido sub tægmine porrò  
Conde, tuæ fidei quæ se, quam credimus uni.

Altius hic libeat varios cognoscere casus,  
Fortunæq; vices, mirandaq; Numinis equi  
Consilia, Et morem, Schulnburgâ in sorte regundâ.  
Certè ubi cecus erit, qui non conspexerit, aurâ  
Propitij multùm Schulnburgos Numinis usos,  
Atq; reservatos opera ad majora fuisse  
Casibus in varijs, mediâq; in morte, salutis  
Omnem ubi spem penitus res abduxisse putasses.  
Sicut ubi pluvius sitientes irrigat herbas  
Imber, Et exuccum revocatq; animatq; vigorem,  
Ut cælum roseo rediviva flore salutent.

Sic ubi jam patriæ venère ad limina sedis,  
Antiquasq; domos, pulcra Et feliciter usi  
Pace fuere diu Schulnburgi Marchidos arvis.  
Ecce repente ruit Borealibus excita ab oris  
Vandalici illuvies, armato robore, (a) Regis,  
Nigrâ bile citâ, sævitq; immanibus ausis  
(Horrendùm dictu!) sexum promiscuè in omnem,

Ætates,

Miranda Schulnburgicæ  
familix conservatio sub  
Vandalica irruptione,  
& Marchiæ occupatione  
regente Theodoro. An-  
gel. Annal. March. p. 62,  
& seqq. Anno Christi  
1020, Sabin. Enzel.  
Chron. Sax. Spangenb.

(a)  
Mistevoij Regis Obotri-  
torum. Angel. Annal.  
March. p. 62. 63.

Etates, omnesq; status, habito ordino nullo.  
 Quale nec immanes Urſi, Nec Parthica Tygris,  
 Nec Leo Marmaricis auſit crudelis in agris,  
 Nec fuſo rabies explet a cruore lupina.  
 Nam fera ſeuities fuſo ſatiare cruento  
 Non contenta odium eſt, ipsis ſe opponere calis  
 Auſa, fide abjecta, capit ſeuire nefandum  
 In ſacras ades. Quis tanta incendia narrans  
 Temperet à lacrumis? Manet alta mente repoſtum  
 Factum ſcomma canis, ſpretæq; injuria gentis,  
 Qualis ubi citò Riphæis erumpit ab antris  
 Sudificus Boreas, rupesq; & ſaxa flagellat.  
 Incipit horrificis eælum ingreſcere totum  
 Nubibus, & vaſto ſe tollere murmure, aquæ vim  
 Donec proijciat, laxis ſuper axe fenestris,  
 Quæ verrit cum ſtrage domos, pecudesq; ferasq;  
 Radit bumiq; ſatos, miſſis torrentibus, agros.  
 Diſce ſupercilijs hoſtem contemnere nullum,  
 Non benè namq; cadet! Theodoreò Marchio præbes  
 Omnibus exemplum. Pacatam ducere vitam,  
 Has ſeruare tibi ſedes, & ſceptra negabant  
 Turgida frons, & ſcomma datum, contemptus &  
 hoſtis.  
 Hic oſtenſa ſalus, Schulnburgi, Numine vobis  
 Propitio. Patriæ captis ſuper aſtis in arvis,  
 Exule Marchiade, minuiq; in tenvia fruſtra

D

Vidistis

*ὁ θεὸς ἰσχυρὸς* DE I  
ad hostes,  
Esa. 54. v. 15. 16. 17.

Ezech. 9. vers. 4.  
Apoc. 7. vers. 3.

(a)  
Quales nunquam satis  
laudatae memoriae Bar-  
th-Sophia à Bartensle-  
ben. VVernerii à Schu-  
lenburg. vet. March. Ca-  
pitanei Vidua. Elisa itē  
à Saldern, Friderici à  
Schulenburg in Finen-  
burg & Helem vidua.  
p. m.

(b)  
Factum sub Alberto Ur-  
so Anno 1147. Angel. d.  
l. 2. Annal. March. p. 85.  
Cranz. lib. 6. Saxon. c. 12.

(c)  
Circa ann. Christi 1160.  
Angel. p. 87. 88. Cranz. in  
Saxon.  
1. Cor. 10. vers. 13.

Vidistis vires Hostis, pacemq; redire,  
Sparsit nimirum divini gratia vultus  
Lumina, & avertit molimina fortiter Hostis  
Tutela praesente sua. DEUS Arbiter orbis  
Adstitit, hostiliq; injecit frena furori,  
Nequa vagaretur plus justo, ita farier orsus:  
Quo ruitis sine me? nostras, audite jubentem,  
Tangere pupillas nolite: HOC LIMITE sistat  
Vestra ferocia, quam vobis de signo, nec ausit  
Ultrà efferre pedem: signatas liquite frontes  
Degere, quas nolo fatis evertere, GENTEM  
SCHULNBURGAM, unde mihi divina surget a-  
roma.

Laudis, (a) & Altrices, mundi sub fine, meorum  
Matres, fulcra Scholae, verbiq; futura Docentum.  
Exoriare aliquis sparsis ex ossibus Ultor,  
(b) Qui face Vandalicos ferroq; sequare Nepotes,  
Ad tristesq; Erebos crudeli funere mittas,  
Sanguineasq; acies volvas, Justisq; Colonis  
Has reddas sedes, & florem, & pristina jura (c)  
Sic DEUS. O factum est, factum te Christe regente!  
Qui sortes gremio nostras, atq; omnia fata  
Gestas, & tandem nostrum producis honorem.  
Nemini onus supra vires imponis; id imò  
Tandē aufers prorsus, si te quis spectat, & orat.  
Omnia cernuntur manifesto lumine coram:

Van-

Vandalicæ vires, terrarum terror, & horror,  
In risum, in somnos abiêre, ut propria sceptrâ  
Nulla gerant; sed stirps veteri Schulnburgica flo-  
Sede, animi sumens & honorû, faustaq, prolis (ret  
Augmina. Quo? nisi te, mi Chryste, augente benignè.

Maçte animi Heroâ descendens Marchio stirpe,  
A virtute trabens URSI cognomen, & ausis:  
Vandalicas te frangere opes, & robora, fractas  
Ut deinceps vires, animumq, resumere bellis  
Vix ausi fuerint, fusi DEUS excijt Ultor  
Sanguinis! Ut fœcunda suo radicatus agro  
Sedulus evellit sarmenta ligone Colonus,  
Nec sinit, ut capita attollant, & robora ducant;  
Fœcundat verò felici uligine simi,  
Ut vernalis honos, & credita semina crescant  
Successu meliore, quibus subduxerat humorem  
Et vires lolium infelix, & inutilis herba.

Hoc sub MARCHIADE, Christi melioribus  
orto

Auspicijs, ut cuncta suam cœpere nitorem:  
Sic etiam indulgit placidi clementia cœli  
Ocia Schulnburgis. Ut vitæ & sanguinis autor  
Cor sanum spargit vitalem in membra calorem.  
Cetera, qui vegetat pigras, hebetesq, medullas.  
Viribus hinc sumtis Schulnburgi, & flore re-  
sumto

Albertus Ursus Marchio  
Brand. & Soltquell. pri-  
mum, deinde etiam,  
Elect. Anno 1147. An-  
gel. d. l. p. 85. Schulnbur-  
gos mirificè respexit &  
evexit excisis Vandalis.  
Peucer. d. l. intimat. ita:  
De permisu Cunradi  
III. Spirensis & oppres-  
sis, ac deletis consilio ac  
virtute Schulnburgio-  
rum magna ex parte  
Henetę gentis relliquijs,  
colonias novas è Belgio  
huc adduxit &c. Propter  
navatâ itaq; præclaram  
adversus Henetos operâ  
primus Albertus Ursus  
sedes certos cum parte  
aliqua publicę gubernationis  
in vicina Marchia  
Schulnburgijs attribu-  
it, cui ita præfuerunt, ut  
splendorem natalium à  
majoribus acceptum, &  
sua virtute ac fide recens  
partum imperium non  
conservaverint solum;  
sed & generis ac nominis  
claritatem gloria maxi-  
marum rerum cumula-  
tum supra ceteras fami-  
lias extulerint. &c. Vit.  
Smäl. Peccent. d. l.

Antiqua nituere animi virtute, & opus vi  
Succrevère, Deo sic dante, ad tempora nostra.

Quem non hic firmis constrinxerit argumentis  
Diapotentia, Justitia, & retributio larga  
Munifica in Christum dextra, curaq; fidelis  
Pro verbi hospitio, doctorum & flore Scholarum  
Et tunc suscepta, & post vitæ secula longa  
Suscipienda olim olim Schulnburgo à semine?  
certè

Mille anni sunt una dies vix Numine coram,  
Et nihil est illi, nisi presens lucis imago.

» Nemo pius frustra est! nec opes exhaurit; opimat

» Larga manus potius! DATE, sunt, DABITURq;  
gemelli

» Jurati & fratres, promi Condiq; fideles!

Opudor, o stolidæ præceps insania mentis,

Cui non sacra fidem faciunt promissa locuti

Numinis: & cui sunt circum mortalia tantum

Degeneres cura! Te vitæ credis in usum

Hujus progenitum modò, delitijsq; dicatum?

Epotos jactare cados, ventriq; litare?

Hoc Asini, immundaq; sves, & cætera possunt

Te melius, te justius. His differre volebas,

Debebas imò differre animalibus illis.

» Quantula pars vitæ est? quæ non humana tumultu

Fervent plena? metus, dolor, ira, ærumna, & egestas

Exani



Exanimat, fremit, urit, onustat. Sola superstes  
 Spes alit in summis; alium tu natus in usum es:  
 Hic Christum agnoscas, & plantas semina cœli,  
 Hinc tibi vita, & opes dantur, viresq; ministræ  
 Sed quò digrederis? quò te rapit entheus ardor  
 Musa scopo? pendere videsne opera interrupta?  
 Indulge paulum circum presentia cura,  
 Optatasq; operas, & cœptam perfice telam.

Sic benè laudatus perspectum Marchio, possis  
 Vivida quid virtus animi Schulnburgis, habebat.  
 Unde oculos gestare suis, cœpitq; fovere,  
 Et meritis ornare viros hoc sanguine cretos.  
 Et meritò! Sunt dona DEI non vilia habenda  
 Sed dignis tractanda modis, sed pectore grato.  
 Hinc (a) Apenburgum (patulum quasi dixero Ca-  
 strum;

Non SimI, credas certo diplomate teste  
 Marchiada (b) simul & lati vicinia campi  
 Dives agris, quinquagenis circumdata pagis,  
 Primitus in feudum stirpi huic venisse putatur  
 Principis ex dono, sibi quo devinciat illam  
 Arctius, inq; sua jubeat ditione manere.  
 Nec procul à vero discedit opinio calle:  
 Nam venit in mentem, quorum considat in arvis:  
 Quæ se vicino gentes in limite cingant:  
 Vandalica vires, num & pristina robora gentis

(a)

Apenburgum vicus im-  
 vet. March. ad Gezā, hoc  
 tempore, secundum Pec-  
 censtenium primum ad  
 Schulnburgos pervenis-  
 se censetur.

(b)

Lud. Bavar. Sen. Elect.  
 Brand. in subscripto di-  
 plomate, patulā nostram  
 domum, vel castrum ap-  
 pellar. Vund iset dat sie  
 dat vorbenömte Bleck be-  
 festeten / edder ebr Slot  
 dassichtenen / vñ bumeten /  
 datho gesen wir vfen mil-  
 den Orloff vñ Bulmacht  
 in dissem Breve / doch dat  
 sodane Bleck vñnd Slot  
 vns vñ vfen Brödern vñ  
 Erfen ewiglich tho vfen  
 Nöthen schollen apen son  
 vñd bliven. Quod diplo-  
 ma adhuc hodie, apud  
 Schulnburgos monstra-  
 tur Bezendorff, datum,  
 Rupini Anno 1351, die  
 Jovij, post Trinit.

D 3

Sint

(c)  
Lud. Bav. Sen. March.  
& Elect. Brand. Angel.  
li. 2. annal. March. p. 153.

(d)  
Meincke Möller / alijs  
Jacob Rhebock. Angel.  
d. l.

(e)  
Quatuordecim Principum  
à quibus Francofurti  
obsessus fuit, Angel.  
d. l.

(f)  
Carolo IV. Imper.  
(g)  
Francofurto ad Oderā,  
Spandoa, & Treubricena.  
Angel. d. l.

(h)  
Ita habentur verba in  
diplomate Lud. Bavari.  
Sen. Elect. Schulburgis  
dato pro feudi jure super  
Apenburgo: Darüb  
daß sie uns treu verblieben  
sind / in den schweren  
zeiten / als Woldemarinus  
vffstund / mit grosser  
Unmenschlicher schändlichkeit  
/ vnd bedruehtnis / vnd  
uns vberzogen vnser  
Widerwertige / der von  
Sachsen / vnd der von  
Anhalt / vnd andere / als  
das Land uns außführlich  
wurd / vnd sich an einen  
Möller ergaben wolte / da  
sie auffrichtig bey uns

vnd vnsern Brüdern sind umbgetreten / vnd alle Noth mit uns vberstanden / das vnser Feinde gebempft  
worden / ic. Datum 1349. zu Arenburg 14. Novemb. Diploma habetur Bezendorffij.

*Sint reditura, animi prudente expendit amussi.  
Sapius è Stygia revocârunt mersa palude,  
Robora, quando DEUS voluit punire superba,  
Ausâ homines, quorum ante jugo subjecerat, hostes!  
Hinc etiam veri speciem sententia prebet:  
Quod res amitti possunt, iterumq; reduci.  
Nam (c) Bavaro longè post, constat Principe dicta  
Feudi cessa loco servatæ in premia dextræ,  
Quando VVoldmari mentitus nomina quondam  
Obscurus quidam (d) Molitor, qui principis ora,  
Sermones, habitumq; annosq; serebat eosdem,  
Marchiacas ferme, (e) magnis, applausibus, urbes  
Cæperat, adjutus vel ab ipso (f) Cæsare multum:  
Schulnburgi juxta cum paucis (g) urbibus, armis  
Legitimis fuerant Ludovici castra secuti.  
Subjunctum ut diploma docet, ne forte putetur,  
Ut multis visum est, commentum & lusus anilis. (h)  
Esto sub Bavaro fidei data premia, feudi  
Ista loco loca (quod nemo dubitaverit unquam,  
Testibus Archivis): Vice sed fortasse secunda.  
Distraxere etenim sedes connubia sæpè,  
Ac alij generi cessere, alienaq; feuda.  
Facta: & divendi potuerunt sæpius ære:  
Fors mutata etiam sunt commedioribus arva.  
Ista. Quis hæc ergò velit esse insomnia planè.*

Sed

(i) Sed redeo ad metam maturias, unde recessi.  
 Inter erat reliquos Schulnburgo sanguine natus  
 Insigni virtute nitens vir, nomine multum  
 Coram Marciade pollens, laudabilis Heros,  
 Martis apex, hujusq; loci, mandante Toparcha  
 Principe, ventosâ cui non Mavortius humor  
 In linguâ hærebat; sed qui data fortibus ausis  
 Consilia implebat, quoties Dux, resq; vocabant.  
 ( Qui Theodorus, an Henricus dicendus, in urna est  
 Judicis, & nulli de nomine bella movebo )  
 Hujus consilij URSUS laudabilis usus,  
 Vandalicam pensans levitatem, & robora, juncta  
 Si cœant iterum, multum nocitura, timefcens  
 Ut capite pro uno dissecta resemet Hydra  
 Mille alia, & gravius conspiret virus in arva:  
 Dispersit gentem, variasq; extrusit in oras,  
 Mutavitq; novis illorum rura colonis.  
 Unde locis etiam manserunt nomina multis  
 Gentis ab antiqua deductæ sede. (k) Quod arva  
 Leucorea, & vicina docent, repleta Colonis  
 Hisce novis. Ita amat deducta Colonia nomen  
 Antiquæ sedis, patrj & vestigia ruris.  
 Sic conculcatus primo sublimine serpens,  
 Visusquam primum est, minus obfuit. Ignis in ipsis  
 Extinctus prunis, haut tectis intulit ulla  
 Damna domus. Ergo servate exordia rerum,

(i)  
 Theodori sive Henrici à  
 Schulnburg sub Alber-  
 to urso clari, vet. March.  
 Toparchæ, & belli Magi-  
 stri autoramenti Vanda-  
 li sunt excisi, extrusi, &  
 novis colonis permuta-  
 ti. Ejus meminit Lau-  
 rent. Peccenst. in  
 Chron. Misn.

(k)  
 Angel. lib. 2. annal.  
 March. p. 88. Cranz. in  
 Saxon. Phil. Mel. Chron.  
 4. Albin. Peccenst. Tra-  
 ctus ille etiam nostro  
 tempore dicitur der Fle-  
 ming / in quo firmum est  
 Schulenburgorum Ca-  
 strum Tucheim.

(1)  
 Bezendorffium vicus ad  
 Gezam inter Gardelegi-  
 um, & Soltquellam,  
 Schulnburgicæ familiae  
 modernum caput. Qui  
 olim fuit familiae Nobi-  
 lis à Kröchern. Cui Al-  
 bertus Marchio frater  
 Elect. Othonis II. Anno  
 1202. eripuit. Angel. teste  
 in Anpal. March. Otho  
 autem Elect. dictus II.  
 pro 2000. marc. argent.  
 Brandenburg. VVernero  
 & Theodoro à Schulen-  
 burg primùm oppigno-  
 ravit anno 1204. die  
 Jovis: post convers. Pau-  
 li: postea Anno 1214.  
 pro feudo concessus  
 VVernero Equiti aurato  
 (qui stirps est modernæ  
 familie ut in sequentibus  
 libris docebitur) Bern-  
 hardo, VVernero & Le-  
 vino à Schuleburg. Di-  
 ploma asservatur Bezen-  
 dorff datum Stungewalsb  
 Anno 1214. in Vigil. Mar-  
 tin. Episcopi ab Alberto  
 Elect. Othonis mortui  
 fratre.

*Hisq; obstate, minus si fausta futura videntur.*

*Nulla in fine salus, nec erit revocabile damnum!*

*(1) Credibile est hujus quod vitæ tempore (quamvis  
 Tum certè fuerit summi maturior ævi)*

*Alter stirpis bonos, gelidas confinis ad undas*

*GEZÆ, quæ gaudet vescis uberrima pratis*

*(Vicium Cröcheridæ primùm tenuere: sed illis*

*ALBERTUS, Frater tunc Electoris ademit)*

*Vicus, quæ incolimus, primùm vice pignoris, obses,*

*Postea sed feudi, cunctorum in jura nepotum*

*Transierit, stirpisq; caput Schulnburgicæ habe-  
 tur,*

*Arcem ubi vicinam Schulnburgida Soltquellenses*

*(Cujus adhuc hodie visuntur rudera) bello*

*Diruerant cives. Hinc feudi jure clientes*

*MARCHIADÆ, Mavors si quando postulat arma,*

*Adducunt Equitum vicenùm, & quatuor agmen,*

*Hinc hodieq; tribus latè diffunditur omnis*

*Schulenburgiadum nostris habitantium in oris,*

*Vicinisq; locis (nisi forsit opinio fallat)*

*Quos, ubi Jhova libris dabit ostia laxa futuris,*

*Ordine Musa suo lucis producet in auras.*

*Addo quod multis Schulnburgo sanguine  
 cretis*

*Accessit nomen peregrinum, insignibus autem*

*Salvis. VValtavos Schulnburgi stemmatis esse,*

*Principis*

Principis edocuit clarè Concessio OTHONIS, (m)  
 Quæ VValstavenſes Schulnburgos dicit, eosdem  
 Et patruos, feudi & communi jure capaces,  
 Unde etiam demùm ceſſerunt feuda, priori,  
 VValstavenſis ubi ceſſavit linea, ſtirpi.

Expleri mentem nequeo, juvat uſq; morari  
 Et paulum luſtrare animo Regalia quedam,  
 Quæ multùm illuſtrant generoſe ſtirpis honorem,  
 Cui Muſa has operas, ſe & totam noſtra dicavit.  
 Non ſunt Taprobanen ultra, quam Cūſpide ſindit  
 Sol mediam: ignotis nec rura habitata colonis:  
 Nec quâ tendit iter forſan Calaica claſſis  
 Fœcundo querens nitidas in littore gemmas;  
 Abſunt iſta propè, ſtant cominus omnia luci  
 Obvia, quæ nullis habitura opus argumentis.  
 Si libet hos inter paullùm ſpaciare recessus,  
 Et jus feudorum, ſumens ut Cynthia lucem  
 Distribuensq; alijs; Jus vectigalium, & ipſos  
 Conſpice Schulnburgo ſignatos nomine flores,  
 Et clypeo (n) Gryphis Solidos trino ungue notatos:  
 Et quæ jura ſuis, perfecto Judice, terris,  
 Audent ferre reis, juſtasq; imponere mulctas (o)  
 Quæ paucis conceſſa docent diplomata, ſeptem  
 Nimirum antiquo tantum de ſanguine cretis  
 Stirpibus, in veteri qui Marchide conſederunt. (p)  
 Sed compendio ago tecum, ſaſtigiaverum

(m)  
 Conceſſio Othonis I. E.  
 Elect. data Berolini Anno  
 1369. die Saturn. ante In-  
 vocavit Gebhardū, Joan-  
 niem, Gebhardū & Ger-  
 hardum à VValſtov &  
 à Schulenburg (Knapen)  
 indifferentè nominat.  
 Diploma ibidem loci ſer-  
 vatur.

REGALIA SCHULN-  
 BURGICA.

(n)  
 Solidi dicti die Klauen-  
 ſchillinge. qui ante pau-  
 cos annos in uſu fuerūt.

(o)  
 Ubi mobiles à Plato & à  
 Bodendieck ſequentibus  
 7. familijs adjuncti Da-  
 tum Tangramundæ die  
 Mart: poſt diviſion. A-  
 poſtol. Anno 1456. à Fri-  
 derico I. Elect. & filio Jo-  
 anne March. Brand. Vi-  
 de & diploma Caroli  
 III. Imper. datum Pragæ  
 Anno 1366. die Mart. poſt  
 D. Agnetz.

(p)  
 Videlicet Schulnburg,  
 Bartensleb. Cneſenbecc.  
 Alvensleb. Jagoviz, Biſ-  
 marck: & Schenckiz fa-  
 milijs, ut teſtatur diplo-  
 ma VVoldemari I. E-  
 lect. Brandeb. datum  
 Spandoviz die Thomæ  
 Apoſt. Anno 1314.

*Vix tangens, quæ digna cedris vivacibus essent:  
 At metuo immensam sub pondere crescere molem,  
 Et genij grato cariturum melle libellum  
 Conantem radios lucenti affundere Soli.  
 Omnia prolixè tecum spaciando per hortos  
 Percurram, patulas tu præbe sedulus aures.  
 At tu claude liber, vult illud Castalis, ora,  
 In tenebris sat itum est, conjecturisq; Camœna  
 Sudatum nostræ: Nunc gaudet luce potita  
 Schulenburgiacas propius cognoscere laudes,  
 Quas memori asseruit cedro sapientior ætas,  
 Perpetuoq; vehet per postera secula cantu.*

## FINIS.

Speciales libros, Lector candide, ubi isti fuerint  
 genij tui, propediem, Deo dante, etiam habe-  
 bis. Benè vale, & candidum age cenforem.




s.










ALVENSLEBEN  
LI  
257



SCHULNBURGIS  
hoc est *26257*


EROSÆ,  
UÆ, ET NOBI-

SCHULNBUR-  
ROSAPIÆ EX ANTI-  
monimentis, diplomatum archi-  
tatum quidem haberi potuerunt,  
ex viventium ore, &  
sermone

DEDUCTIO  
Operâ

ERASII Crofnâ-Sile-  
Bezendorffiani-Schulnbur-  
gorum, P. L. Cæs.

Syr: 44. v. l.  
*iosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam  
gnificentia sua à seculo.*



MAGDÆBURGI,  
NDREÆ BEZELII.  
nobis CVM DeVS. (=1611)

*1  
100  
5  
1000  
500  
5  
1611*